



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 3. Euidenti Christus discipulos eripuit periculo, quadam repugnantia commotos: non imputatur peccato illam sentire, modò obedias, sicut vaccæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

fus lascivus & impuris cogitationibus fatigabatur inquietus, quibus resistendis erat infirmus. Consulto Abbatem patrem spiritualem, inquit remedium, cui ille prescripsit quotidiana illa remedia, ieiunia, vigiliis, disciplinis &c. nihil proficunt: ingemiscit: Pater, nullo non tempore profundo Venerearum cogitationum demergor infelix. Sanctus Abbas omne argentum & Sacristiæ venerandas reliquias colligit, abscondit, & clanculum rem ita disponit, ut sint qui eum accusetur furti, testes adint, quorum vnus testatur: vidi ego eum circa Sacristiam: prodit alter, vidi ego eum horâ opportunâ, silester incedentem: tertius affirmat: cognovico scurras quosdam, qui se eius amicos venditant, & illorum manibus ad furtum usus est. His negotiis, processibus, interrogationibus aliquot interfluunt dies: quibus iam elapsis, vocat ad se Abbas Monachum. Quid modo, fili? quis illarum cogitationum impudicarum, quibus opprimebaris, status? An his adhuc impugnaris? O Pater eni, de his mihi loqueris? Emorior curis ingenitibus æger, qua ratione satisfaciam obiectio-nibus, quibus furti reus insimulor, & fornicari li-beat? Fili: hoc præterdehant, clauum clauo pel-lere, & huius processus molestiâ, immundarum cogitationum sopire libidinem. Idem patet in discipulis fecisse Christum.

*S. 3. Evidenti Christus discipulos eripuit periculo, quâdam repugnantia commotos: non impunitur peccato illam sentire, modo obedi-tias sicut vacca.*

**8.**

Secundum periculum, quod Apostolos con-sequebatur, erat corporis, scilicet totalis quædam omnium ruina, nulla enim maior esse poterat, quàm illa, quæ necessario consequi debebat, si turba Christum sibi in Regem elige-ret: Certo enim constabat, Romanos illico venturos, qui contra eos ut seditiosos & per-duelles moverent bellum; publicum enim erat axioma: *Omnis qui se Regem facit, contradicit Caesari*: Eos devallarent, omnemque populum disperderent. Quocirca, ut eos Christus hoc periculo liberaret, cui inaduerteret se ingere-bant, eis præcepit, ut statim se curibus subtrahe-rent, navim ascenderent, & mari se committe-rent. Illi vero tanto plausu turbam de hac re dissentientem audiunt, ut dicant Euangelista, quod eos Christus mare versus compulerit. *Statim co-egit*, ait D. Marcus: & D. Mattheus, *Statim*

*Ioan. 19. 12.*

*compulsi eos*. Sine mora, non hæsit, sicut nec vos hæreretis, si casu ignis scintilla incidere inter arida ligna domus vestræ, vbi accenditur, & in-de magnum prævideres oriturum incendium, quod domum totam in cineres redigar. Hoc egit modo diuinus sponfus, quod multis ante annis ipse statuerat, ut scilicet insequerentur vulpecu-las cum vineæ pampini essent: etiamnum teneri, quia illos nullo negotio tuac poterant destri ere. *Capite nobis vulpes parvulus, quæ demoliantur vi-neas*. In vinea Ecclesiæ forè statuit Apostolos primos fructus: erant adhuc virtute teneri, flo-res emittebant, fructus parturiebant; insurgunt hæc vulpeculae ambitionis, fastus, & auræ popu-laris, astutæ & dissimulantæ, illis nihil tale so-spiciantibus, & nisi huic malo obuiaretur, ac-tum esset de illis. Christus, qui hoc prævidebat, efficaci remedio accurrit, & ita ait D. Eu-angelista, quod illos cogere: quia summo-rem placebat illis turbae voluntas de Christo coro-nando, sic ut illis videretur se iam in portu esse, apprehensuros sehoissimam sortem, sum-mum posse honoris gradum adipisci: quod si verò turba Christum sibi in Regem promou-eret, ut illis, eos Romani demolirentur. Milites hoc nobis contingit, congratulamur nobis de re quadam, quam Deus prævidit futuram nobis in nostram ruinam, & malum inevitabile, proin-de hanc manibus nostris eripit, nos verò, ste-rit illud non aduertimus, inde contristamur. Quoties aufert Deus huic opes suas, quas ei pre-uiser futuras ansam damnationis, gladium quo peccat; alteri per infirmitatem corporis veni-tilatem, alteri dignitatem, aut locum honoratio-rem, quem iam erat obtenturus: cur hoc? hinc oriatur eius æterna perditio. *Sicut ablactatus est Esau, super matrem suam*. Quoties puerulo mater vbera deuogat; ingemiscit infantulus, qui sibi vi-tam aufert suspicatur, sed eo vita eius redditur securior, quo cogitur cibum sumere solidio-rem.

Attentus sæpè consideravi historiam Lot, & vxoris, ac filiarum eius, quàm pacificè & im-perturbatè, imò delectabiliter in Sodomis habi-tarent. Accedunt Angeli eos educaturi domui suæ bulatio-ita afficiebantur, ut excedere renuerent. Necesses Deus se fuit eos brachiis arreptis per Angelos educi. nos tri-*Apprehenderunt manum eius, & manum vxoris pit à pe-eius, ac duarum filiarum eius, eo quod parceret viculis Domini illi*. Adhibita vi, & quasi protrahendo animo-illos educunt, quibus visum est hoc sibi pluri-mum obesse; sed hæc erant eorum optima lotis; 16. die etenim sequenti, orto sole, omnia in fauillam iacebant

iacabant redacta, & illi redigendi proculdubio  
fuerunt, si ibidem mansissent. Fuit hæc Dei gra-  
tia illis præstita, reddere illos tutos ac securos,  
illine extrahere, ubi illis videbatur, nihil sibi ef-  
fectu posse aut tutius, aut gratius. Hoc tibi sic sola-  
tio, quando tibi Deus subtrahit aut filios, aut  
bona, aut sanitatem, quæ tibi nihil acceptus.

D. Hieron. Opinatur D. Hieron. Apollolos ideo  
commotos fuisse, quod Christus ei præciperet,  
ut namque ascenderent, quod interim ipse dimit-  
tere curbas. *Offenditur eos inuitus à Domino re-  
cessisse, dum amore præceptoris, ne punitum qui-  
dem temporis ab eo voluit separari. Timebant,  
ne inimentis, ne illi à Domino separatis, omnia  
elementa mouerent bellum, & aduersarentur,  
sicut & contigit.*

Respexit D. Ambrosius verba illa fratricidæ  
Cain, dum eum profugum Deus à se repelleret.  
*Ecco cunctis me hodie à facie terra. &c. Omnis igitur,  
qui inuenerit me, occidet me.* De quo tibi ti-  
mes fratricida maledicte? Rogat D. Ambrosius  
exceptis patre & matre, & occiso fratre nullus  
superest. Num patrem, num matrem fugis? To-  
tu in timeo mundum, omnia fugio elementa, &  
meum exhorreo, qui me genuit, patrem, & quæ  
me lactauit, matrem: cum enim sine Deo sum  
& procul ab eo distem, omnia in me insurgunt.  
Est enim Deus vita, salus, diuitiæ, requies, secu-  
ritas, gloria: procul ab eo, illico intrabunt  
mors, infirmitas, paupertas, tribulatio, timor,  
auiditas. Si hoc Cain Dei inimicus intellexerit,  
quæto magis Sancti Apolloli, qui ne puncto  
quidem temporis à Christi latere distabant?  
Hoc tibi quoque timendum, ut illi consentias  
quod David velut axioma certum cecinit: *Eccc  
qui se elongant à te, peribunt.*

Sive ob hæc, sive ob aliam rationem, ægrè  
hoc ferebant Apolloli & inuoluntarij quendam  
sentiebant repugnantiam; ut intelligas non im-  
porari tibi ad peccatum sentire aliquam diffi-  
cultatem, & rebellionem in parte inferiori, in  
eo quod tibi Deus præcipit, ita tamen, ut vo-  
luntate & parte superiori petrum pas omnes dif-  
ficultates, & id quod tibi præcepto iniungitur,  
exequaris. Numquam electis suis Deus præce-  
pit, ne repugnantiam, aut difficultatem senti-  
rent in præceptis suis: videbat enim ad hoc re-  
quiri nostræ naturæ immutationem; sed ut  
imperata facerent, superando omnia repugna-  
tia, sibi occurrentia. Ne dixeris, ait D. Hieron. Dei

præcepta nihil difficultatis inuoluerent, aut leue  
esse crucis iugum humeris nostris, vitibus no-  
stris, appetitui nostro, aut naturam nostram ad-  
eò bene dispositam, ut adulatoria non sit, pro-  
pensio non sit ad id, quod sensualitati placet, &  
militat contra rationem: proinde viri meritis  
præclarissimi magnas sentunt difficultates, &  
partis inferioris repugnantias in implendis Dei  
præceptis. Hoc stylo pleniori digessit D. Paulus  
disputans de eo, quod in proprio sentiebat cor-  
pore, legi Dei contrarium; *Video aliam legem Rom. 7.  
in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. & 23.  
captiuam me: in lege peccati.*

Huic omnes contentiuant, serpentem summas  
vites habere in capite, quocirca illud fortiori  
ictu impetendum, nihilominus contingit, quod,  
licet illud contriuens, insuper & abstuleris, ca-  
lore tam non residuo adhuc in corpore torquet, & tum est  
stringit caudam, quæ te percutiat, lazarque serpente.  
mortaliter. Peccatum serpenti comparatur:  
*Quasi à facie colubri fuge peccata.* Et serpens erat *Ecclesi. 22.  
is, qui illud introduxit, & nostræ naturæ im- 2.  
miscuit: quocirca conditionem, & qualitatem  
habet colubri, cui licet culpæ rescideris caput  
per baptismum, vel confessionem, vel legitimam  
contritionem, quibus peccatum vitam perdit, re-  
linquitur adhuc in carne nostra concupiscentiæ  
calor, qui tam horribiles dat ictus, tam inordi-  
natos suscitât motus, tam molestos ingerit sti-  
mulus, quales ille sentiebat, qui dicebat: *Datus 2. Cor. 12.  
est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satana, qui  
me colaphizat.* Quis horum causa, quis Au-  
ctor? *Tam non ego operor illud, sed quod inhabi-  
tat in me, peccatum.* Hoc est, ipsa concupiscen-  
tia, & calor inordinatus, qui ex peccato re-  
manet.*

Quocirca non requirit Deus à seruis suis, ne  
habeant motus inordinatos, ne difficultatibus  
premanentur, ne repugnantia moueantur: nequa-  
quam, sed ne difficultas illa: seu repugnantia il-  
los retrahat aut impeditur suis obedire mandatis.  
Non requirit à te Deus, ne lentius inuitiam ab  
alio tibi illatam, nec ut tibi non sit permole-  
stum illam tradere oblivioni, inimico ignosce-  
re; sed ut eam animosus superes, & fortior per-  
sumpas. Non tibi præcipit: nolo sentias repu-  
gnantiam in ieiunio obligationis: sed illam senti-  
ens, concute, resiste. Non tibi præscribit, no-  
lo occasione visus vel auditus in te exsurgat im-  
pudica cogitatio, vel vehementior carnis stimu-  
lus; sed et statim cõtradicat, eum repellas, ne sen-  
sus fiat consensus, & ut violentus te ipso fortiori  
euadas, quales Christus volebat improbes requi-  
caletis.

*Mat. 11.*  
12.

caelestis: *Violenti rapiunt illud.* Hi vero sunt, qui suis inordinatis passionibus vim faciunt, appetitus coequent, & malefugas comprimunt inclinationes.

*2. Reg. 6.*

O mirabiles vacca, quae foederis Dei trahunt arcam, & eam comitantur. Audiunt mugientes vitulos, & quasi quaedam Echo earum visceribus mugitus illorum infonabat, quo graviter agebantur, ut pedem figerent: verumtamen non ob hoc subliterunt ne puncto quidem temporis, nec vel latum vnguem a recto itinere deviarunt: quo ita Deo placuerunt, ut eas sibi in holocaustum voluerit immolari: quo te docuit, te Divinae Maiestati minime displicere, licet mugitus tuorum vitulorum presentias, affectus illos animae tuae, motus illos vindictae, quibus videns hostem tuum incitatis: comedendi die ieiunij, videns eos optimis condimentis paratos, vel famescens, affectus auaritia, & cupiditatis habendi, quod tibi aridet; sed sibi factum arbitrabitur, si modo mugitus illos compesceris, & ob illos ne puncto quidem temporis subsistas, in eo quod pertinet ad legis Dei observationem, & ipsum David cece-nerat, interprete D. Bernardi. *a. Ab oculis meis munda, me Domine b. Domine Deus;* quae in praeteruolant oculum illud animae tuae? quae cogitationes? quales motus? machinationes quales? quid non videndo alterius uxorem cogitasti? & quando incidit, sermo seu quaestio tui honoris? *Ab oculis meis munda me.* Et qua ratione ab his mundaberis o David? *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero:* Ne tu permiseris, ne tu locum dederis, ut tuae dominentur voluntati, & eam sibi subiciant: alioquin miserandus imminet tibi casus. Si vero voluntate prompta haec omnia pervincas, refrones motus, illis domineris, nedum illos permittas dominari, sed agas quod Dominus Caino dixit: *Sub se eris appetitus eius.* Tunc omnis procul abest culpa: *Tunc immaculatus ero.*

*a. Epist.*  
*Ar. ad*  
*Henric.*  
*Archiep.*  
*Senon.*  
*b. Ps. 18.*  
13.

*Gen. 4.*

Declarat D. Chrysost. omnibus verba D. Pauli loquentis de sacrificio Abrahae: *Accipit eum in parabolam,* q. d. Statuit cum omnibus obedientiae exemplum: ut videant, qualiter Deo sit obediendum. Quomodo obediuit Abraham Deo? Apparet illi & ait: *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac &c. Offeres eum in holocaustum super unum montium, quem monstrauero tibi.* Sentitne Abraham hoc praecipitum? Motus habuit difficultatis? quis ambigit? & hoc ipsum voluit Deus, & ideo praecipitum hoc tali modo proposuit, quo eum magis affligeret, ut ponde-

V I.  
Quogran-  
tior re-  
pugnans.

rat Origen. ut primum omnium voluptatem suam, paternum interimeret affectum, ipse vi- sceribus exortum, quam filium. Cur igitur hoc? *quia hoc Dei gloriae congruit, & quod omnium maxime in se suis atque dicit & magnificat, per hoc est;* & quanto maior est partis inferioris repugnantia, tanto Deo maior est obedientia, quae illam reprimat, nec viliis difficultatibus cedens declinet vel ad dexteram vel ad sinistram. Hoc praeter ceteris Deo placet: si te videat, quo maior oboritur in diligendo inimicum difficultas, eo te libentius ignoscere, & parcere: & quo grauior repugnantia in ieiunio, eo prom- ptior sit tua voluntas: Hoc opus virtutis excellentissimum, quod omnes perumpar difficultates, & quod in Christi discipulis comen- datur.

*S. 4. Mundus mare est, ubi vel minimus ventus demergere valet etiam sanctissimi, sicut declarant columna & naues in Modin.*

**A**scendant Apostoli Cymbam, vela dant, & paruo temporis intervallo medio ve- huntur mari Confestim condensatur aer, exurgunt venti, emergit horribilis tempestas, sauit pelagus, & variis inique contrariis turbibus conturbatur: nauem circumque oppugnant, hinc fauet ventus secundus, inde Boceas minatur: modo fluctibus fertur in aera, modo demergitur in abyssum: *Nauicula iactabatur fluctibus* Nunc in illam, nunc in alteram iactabatur partem. Sententia fuit Aristotelis, nihil esse quod hominem magis exterreat, nihil quod eum manifestiori exponat periculo, nihil quod eum inopem consilij, & omnis subsidij magis reddat diffidentem, quam tempestas; unde Spiritus sanctus asserit, expertissimos maris nauas quid primum sit agendum aut vltimum ignorare: pallere, uti nudis pressit, qui calcibus anguem, *Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est.* Quia praeterquam quod maris tempestas & fortissimos deiciat, ut eis videatur totus mundus sursum & deorsum agitari, nihil ibi est quod manus arripiant, nihil quo sibi succurrant: Quomobrem etiam ipsi, maxime effrones, & infideles his angustis pressi recurrunt ad Deum, vel Deos suos, scientes hic aliud nullum sibi superesse praesidium. Vnde Seneca tempestatem describens, in Agamemnon *In Agamemnon* timorem ex coortum, vocat vltimum: *In Agamemnon*

*12. 13.*  
*Lib. 6. 16.*  
*Psalm. 106. 26.*  
*Psalm. 106. 27.*  
*Psalm. 106. 28.*  
*Psalm. 106. 29.*  
*Psalm. 106. 30.*  
*Psalm. 106. 31.*  
*Psalm. 106. 32.*  
*Psalm. 106. 33.*  
*Psalm. 106. 34.*  
*Psalm. 106. 35.*  
*Psalm. 106. 36.*  
*Psalm. 106. 37.*  
*Psalm. 106. 38.*  
*Psalm. 106. 39.*  
*Psalm. 106. 40.*  
*Psalm. 106. 41.*  
*Psalm. 106. 42.*  
*Psalm. 106. 43.*  
*Psalm. 106. 44.*  
*Psalm. 106. 45.*  
*Psalm. 106. 46.*  
*Psalm. 106. 47.*  
*Psalm. 106. 48.*  
*Psalm. 106. 49.*  
*Psalm. 106. 50.*  
*Psalm. 106. 51.*  
*Psalm. 106. 52.*  
*Psalm. 106. 53.*  
*Psalm. 106. 54.*  
*Psalm. 106. 55.*  
*Psalm. 106. 56.*  
*Psalm. 106. 57.*  
*Psalm. 106. 58.*  
*Psalm. 106. 59.*  
*Psalm. 106. 60.*  
*Psalm. 106. 61.*  
*Psalm. 106. 62.*  
*Psalm. 106. 63.*  
*Psalm. 106. 64.*  
*Psalm. 106. 65.*  
*Psalm. 106. 66.*  
*Psalm. 106. 67.*  
*Psalm. 106. 68.*  
*Psalm. 106. 69.*  
*Psalm. 106. 70.*  
*Psalm. 106. 71.*  
*Psalm. 106. 72.*  
*Psalm. 106. 73.*  
*Psalm. 106. 74.*  
*Psalm. 106. 75.*  
*Psalm. 106. 76.*  
*Psalm. 106. 77.*  
*Psalm. 106. 78.*  
*Psalm. 106. 79.*  
*Psalm. 106. 80.*  
*Psalm. 106. 81.*  
*Psalm. 106. 82.*  
*Psalm. 106. 83.*  
*Psalm. 106. 84.*  
*Psalm. 106. 85.*  
*Psalm. 106. 86.*  
*Psalm. 106. 87.*  
*Psalm. 106. 88.*  
*Psalm. 106. 89.*  
*Psalm. 106. 90.*  
*Psalm. 106. 91.*  
*Psalm. 106. 92.*  
*Psalm. 106. 93.*  
*Psalm. 106. 94.*  
*Psalm. 106. 95.*  
*Psalm. 106. 96.*  
*Psalm. 106. 97.*  
*Psalm. 106. 98.*  
*Psalm. 106. 99.*  
*Psalm. 106. 100.*